

Romæ, clam, insalutato Pontifice, se subduxerat; dein in ditione Veneta penè captus, totâ Italiâ profugus, reliquam frustâ circumspiciens Europam Catholicam, asylum, quod inter fideles non reperiebat, oblatum à Quesnello inter Batavos avidè amplexus est. Et adhuc Quesnellum exclamare non pudet literis ad Sanctissimum Pontificem, ac typis divulgare, quòd flagret desiderio, si per ætatem liceret, accurrendi Romanam, & Sedi Apostolice reddendi coram fidei, doctrinæque sua rationem!

Fingamus itaque, Quesnelle, te Romanum iter suscepisse, & jam ex agro Latio prospicere eminentia Vaticani fastigia; quas tibi cogitationes trepidas non dictaret, tot scriptorum tuorum infamium contra Apostolicam Sedem, & Sanctissimas ejus Constitutiones recordatio! Tua contra Summi Pontificis autoritatem, contra totius Romanæ Curiae dignitatem, imò contra Fidem, & Ecclesiam facinora minime latè Christi Vicarium, & Eminentissimos Patres: teneri nefanda tua scripta nosti, quæ manu tua exarata esse negare non poteris. Hæc dum animo tuo obversarentur, quomodo Urbis portas subire auderes? Quomodo nomen tuum profiteri? An non in mentem tibi veniret illud Isaïæ 14: *Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proficiant. Nunquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui concussum regna?* Haberent omnium ordinum viri præcipui, de quo te convenienter: Sacrarum Congregationum Theologi, Qualificatores, Consultores, & cæteri Romanæ Curæ Administrati, cur tot convitiis, & calumniis eos coram toto orbe proscideris, quasi nihil intelligent, factiōibus duci se sanant, in librorum opinionumque censuris, quasi susque deque condemnent pro libitu, quidquid Theologicis eorum ideis falsissimis non consentit; quasi scopus eorum sit fovere discordiam, quasi sibi persuadeant, sua decreta non bene concepta fore, nisi novis tricis implicent sententias; quasi Romanum Tribunal sit spelunca latronum UNE COUPE-GORGE? Eminentissimi Patres agere tecum injuriarum possent, quod eorum Congregationes neges à Sede Apostolica institutas, neges esse Sacras, quòd Cardinalem definias hominem indutum ueste rubrâ, quasi nullâ dignitate, nullâ potestate à vulgo præterea fecernatur, quòd eorum plerisque, qui propositionum examini à Pontifice præficiuntur, velut idiotas nihil intelligentes publicè depingendo, in contemptum fidelium, & hereticorum adducere studeas. Sed vel maxime quâ fronte ad Summi Pontificis thronum accedere propius auderes, memor tot scriptorum, quibus Sanctissimum, ejusque auctoritatem indignissimè læsisti, præsertim in

schismatis tuis *Dialogis* contra priorem Observationum moralium Pontificiam censuram?

Sed missis innumeris aliis, quibus redarguere posset temeritatem tuam, querere ex te Sanctissimus posset, unde hoc tibi, tuisque præ cæteris Mortalium singulare vindices, quid sitis in possessione, eamdem semper tenendi semitam, quidquid opponant Censores Romani, & quocunque Decretum ab hoc Tribunalis emanaverit? Cur aserras majore ingenio præditos Romanos, quam ut credant vos terrori sententiâ latæ excommunicationis Pontifici reservatae? Quæ oratio num Theologi Romanam affectantis communionem est, an aperte schismatici? Similis est quæ sequitur: *Quando Romanorum Pontificum fulmina iusta sunt, quando non apparet admixta prava animi affectio, quando veritati nullatenus præjudicant, quando nihil damnant, nisi errore, & quando in forma legitima eos damnant, laudamus, & approbamus sententiam, quanquam Tribunal agnoscere non possumus.*

Itane fili, assūmere posset Pontifex, si tamen filius es, qui Patri obedientiam exhibere detrectas? Ubi tua, quâ gloriari adeo sole, Traditionis notitia? Num excidit quod S. Ignatius Martyr dignus Apostolorum discipulus scripsit in epistola ad Romanos de Cleto, & Clemente Petri successoribus? Qui, inquit, bis non obedit, Atheus prorsus, & impius est, & Christum contemnit, & Constitutionem ejus imminuit, quâ videlicet statuitur; *Super hanc petram adiiscabo Ecclesiam meam: Tibi dabo claves regni celorum: Pasc oves meas.* Sanctum Ignatium sequitur S. Ireneaus Lugdunensis Episcopus lib. 3. adversus hæreses cap. 3. Ad hanc inquit Ecclesiam, de Romanâ loquens, propter principaliorem Principatum necesse est, omnem convenire Ecclesiam, in qua semper ab iis, qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis Traditione.

Tribunal hoc agnovit Hieronymus, & ejus sibi esse sententiâ standum, ita scribens de tribus Hypostasiis ad Damasum: *Discrimine obsecro, non timebo tres Hypostasis dicere, si jubetis.* Quamobrem obtulit Beatitudinem tuam, ut mibi epistolis tuis sive tacendarum, sive dicendarum Hypostasem detur auctoritas, S. Augustinus lib. 2. de verbis Apostoli contra hæresim Pelagianam scribens, *Nam enim, inquit, de hac causa missa sunt ad Sedem Apostolicam duo Concilia, inde etiam rescripta venerunt, causa finita est.*

Tribunal Apostolica Sedis agnoveretur cum Augustino duo ista Concilia, & quidem ita ut controversia, quæ eorum auctoritate terminari non poterat, Sedis Apostolicae iudicio finiretur. Scribit quidem Quænillus se